



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Appendix præcedentis membra. Memb. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

Ilud præterea animaduertendum est, quemadmodum suprà dicebamus, electionem ordinis Angelorum atque hominum in statu innocentia, ita habuisse rationem prouidentiae circa vitam æternam comparatione hominum atque eorum Angelorum, quos Deus præuidebat ad eam propriæ arbitrio & culpa non peruenturos, ut adiuncta haberet voluntatem permittendi illorum lapsum in peccata; & velutius voluntatem excludendi demones à regno coelesti, eosque æternis suppliciis cruciandi, per quam ratio æternæ reprobationis illorum completa fuit: ita etiam electionem Christi, & ordinis gratia, quæ per Christum in statu naturæ corruptæ hominibus conferunt, ita habuisse rationem diuina prouidentiae circa vitam æternam comparatione eorum hominum, quos Deus per illa auxilia præuidebat ad eam non peruenturos, ut adiunctam haberet, tum voluntatem permittendi lapsum eorum in peccata lethalia, quæ propria, aut primi parentis libertate ac culpa præuidebat futura, atque perseuerantiam in illis usque ad finem vite, tum etiam voluntatem excludendi illos propter eiusmodi peccata præuisa à beatitudine, per quam voluntatem ratio æternæ eorum reprobationis completa fuit.

A nent ad alios. Hac ratione membro praecedente reieccimus prioritatem, quam Caetanus introdere tentauit, qua vniuersim prius à Deo cognoscerentur absolute futura, quæ pertinent ad ordinem naturæ, quæm quæ pertinent ad ordinem gratiæ, & prius quæ pertinent ad ordinem gratiæ, quæm quæ pertinent ad ordinem vniuersitatis hypothistica.

Secundus, quando fines aliqui voliti sunt, unus
dependenter ab alio, aut non sine alio. Vnde quia
sicut credendum est, Deum permisurum non fuisse
ruinam totius generis humani peccato Adami,
nisi feliciter reparatur illud esset per Christum:
B sic, iuxta communiorum Patrum sententiam, futura
non fuisse incarnationem, nisi simul in reparationem
generis humani, tamquam in partialem & adiun-
ctum finem, esset volita: consequens est, ut admittendū
non sit instans, in quo prius incarnatione fuisse
erit absolute volita, aut fuerit cognita absolute futura-
ria, quam volita & cognita fuerit absolute futura re-
paratio generis humani per Christum, ut Scotus
volet, sed simul utrumque fuerit voluntum: repa-
ratio quidem in laudem & honorem Christi: Chri-
stusque ipse atque incarnatione in reparationem ge-
neris humani tanquam in partem finis integrum ad
quem fuit volita, & sine quo voluntate non fuisse, at-
que adeo fit, ut simul utrumque fuerit cognitum
absolute futurum.

MEMBRVM VIII.

Appendix precedentis.

Non defuere, qui arbitrati sint, me præcedenti membro hanc confecisse argumentationem: Deus unico simplicissimo actu sua voluntatis ex æternitate voluit quicquid voluit: ergo videntur omnino exterminanda infanthia Scotti & aliorum, &c. quasi in ea sententia sit, in diuina volitione, proper illius simplicitatem, nullam posse distingui prioritatem & posterioritatem nostro intelligendi modo cum fundamento in re.

Obiectio 1. Tunc verò argumentantur, me repugnare minime ipsi, qui alibi doceo. Deum prius voluntate antecedente, seu conditionata, voluntate omnes homines falsos fieri, & posterius absoluta voluntate qui- busdā voluntate beatitudinē, aliis verò damnationem. **Contra** dico, quod alibi doceo. Christum

Obiectio 2. Item, qui membro precedere doceo, Christum primum esse praedestinorum, & contrarium cum Scriptura sacra pugnare: cum tamen id verum esse non possit, nisi in voluntate diuina prioritas distinguiatur, qua Christum ante alios praedestinaverit.

Obiectio 3. Quod si, inquit, in diuina volitione necessario concedenda est prioritas & posterioritas nostro intelligendi modo; eo quod actu illi, licet sit simplicissimus, virtute tamen continer multos: sane nulla est causa cur in ea distingui non possint aliqua instantia, si non qualia ab Scoto, certe qualia ab aliis distinguuntur.

In tribus
eventibus
flânia exclu-
suntur.

Si ea, quæ membro præcedente dicta sunt, recte
expendantur, similitudine ea, quæ in antecedentibus re-
militum ad eum locum, facile conseruerit, in tri-
bus tantum eventibus, qui ad rem nostram specta-
bant, nos reiisse ibi instantia, seu prioritates nostre
intelligendi modo, in quibus unum sit volitum.
Deo, cui cognitum absolutè fuerum, ante aliud.

Primus. *Primus est, quando ordines aliqui ita sunt inter se complicati, ut, quænam in uno determinatè sint futura, mutuò pendeant ex iis, quæ in alio aut aliis futura sunt. Quatenus enim futura in uno ordinimutuò pendent ex futuris in aliis, admittenda non sunt instantia, in quibus, quæ pertinent ad unum ordinem, volita aut cognita à Deo sint absolutè futura, antequam volita, aut cognita sint, quæ pertin-*

nent ad alios. Hac ratione membro praecedente re-
iecimus prioritatem, quam Caetanus introducere
tentauit, qua vniuersim prius à Deo cognoscen-
tur absolute futura, quæ pertinent ad ordinem na-
turae, quām quæ pertinent ad ordinem gratiæ, &
prius quæ pertinent ad ordinem gratiæ, quām quæ
pertinent ad ordinem vniōnis hypothatica.

Secundus, quando fines aliqui voliti sunt, unus
dependenter ab alio, aut non sine alio. Vnde quia
sicut credendum est, Deum permisurum non fuisse
ruinam totius generis humani peccato Adami,
nisi felicius reparatus illud esset per Christum:
sic, iuxta communiorum Patrum sententiam, futura
non fuisse incarnationis, nisi simul in reparationem
generis humani, tamquam in partialem & adiun-
ctum finem, esset volita: consequens est, ut admittan-
dum non sit instans, in quo prius incarnationis fuisse
erit absolute volita, aut fuerit cognita absolute futura-
ria, quam volita & cognita fuerit absolute futura re-
paratio generis humani per Christum, vt Scotus
volet, sed simul utrumque fuerit voluntum: repara-
tio quidem in laudem & honorem Christi: Chri-
stusque ipse atque incarnationis in reparationem ge-
neris humani tanquam in partem finis integri ad
quem fuit volita, & fine quo volita non fuisse, at-
que adeo fit, vt simul utrumque fuerit cognitum
absolutum, futurum.

Tertius est, quando finis neque volitus, neque
proinde cognitus est absoluē futurus, nisi depen-
denter à mediis. Vnde, quia Deus non voluit homi-
nibus beatitudinem, nisi tamquam præmium, ad
quod si adultri essent, peruenirent per propria merita,
qua gracie ipsius (& meritis Christi post Adæ
peccatum) niterentur: sicut non prius absoluta vo-
luntate voluit Deus eis præmium, ad illudque eos
elegit, quām videret, vellētque illis media ad il-
lud accommodata, atque adeo quām per illa media
eos prædestinaret. Sicut paterfamilias non prius vult
mercenario absoluā voluntate denarium diurnum,
quem in præmium & finem suorum laborum illi
proponit, quām prævideat labores & merita illius:
eo quōd dependenter ab illis eum illi velit.

Certe nostra haec doctrina omnino coesentit cum voluntate Dei antecedente, qua omnibus, quos creatre statuit, sempiternam suam beatitudinem voluit, in eumque finem verè, & non fictè, eos creavit. Quia enim omnes ad beatitudinem creabat, creare-
ve ita tuebat, sed tamquam in finem, & premium, ad
E quod vel propria libertate, ac meritis gratie sue in-
nixis, vel Christi meritis (mediis quibusdam eis
applicatis) peruenirent: omnibus sanè eo ipso voluit
beatitudinem, sed voluntate conditionata, si per ip-
pos aut primum parentem, vel, post Adami pecca-
tum, per concursum vniuersi, aut alios, qui media
applicarent, non staret. Quare cùm is, qui in pre-
mium, & sub conditione mediorum vult finem
alicui, non priùs absolutè velit illi finem, quam
videat, & (quatenus ab ipso pendent) voluntate ab-
soluta velit illi media: consequens profectò est, ut
ex antecedente & conditionata voluntate, qua Deus
F omnibus voluit beatitudinem, intelligatur, nemini
absolutè eam voluisse, ac proinde neminem ad il-
lam absolutè elegisse, nisi per absolutam etiam me-
diorum voluntatem, ac præuisiōnem, quodd condi-
tio impleretur, sine qua nemini beatitudinē voluit.
Hoc autem nihil aliud sanè est, quam nemini ele-
gisse nisi in Christo, ac per media, que ita ex
Christo in illum deriuari voluit, ut per ea (co-
operante suo arbitrio, si adulterii esset) perueniret
in beatitudinem. Eligere verò hoc modo, idem
omni

*Reprobatio
nus antec-
dit voluntate
tem formis
peccata
ta, & in eis
obdurata v/
que ad finem
vita.*

omnino est, quod prædestinare in Christo, & per Christum: unde sequitur manifeste, admittendam non esse electionem ad beatitudinem, que prædestinationem antecedat. Cùm autem, quamvis prædestinationis non detur causa, reprobationis tamen, ac reiectionis à beatitudine causa sint peccata prævisa futura, multò minùs admittenda erit voluntas abso luta, reiiciendi à beatitudine aliquos, que antecedat voluntatem permittendi peccata, in eis que reprobri voluntate prævisi futuri, illum obdurandi usque ad finem vitae: de qua re diximus art. 3. & diecimus disputatione ultima.

Ecce explicatum instantia, quæ aduersus Scotum, Catenam, ac Durandum suprà articulo 3. cito tum, & quosdam alios, membro præcedente, ratione, quam obiciens truncatam retulit, reiicie inten dimus. Id quod facilè poterat intelligere: tum ex serie ipsanostre doctrina, atque ex nostro instituto: eum etiam quia initio eius paragaphi, in quo ratio illa continetur, manifeste indicauimus, nos non loqui vniuersim, sed sermonem ad nostrum contrahere institutum, idque illi verbis: *quare quod ad presens instituum attinet, contemplari, &c.* quasi di xerimus, interim alia non curamus, neque ad illa nostrum extendimus sermonem: tum denique ex ipsam ratione. Neque enim antecedens integrum, unde conlusionem illam deduximus, sunt verba illa: *denique cum unico simplicissimo actu sua voluntatis, preuias, plenissima deliberatione seu cognitione circa res omnes, voluerit ex eternitate, quicquid voluit, sa-* nè, &c. quasi ex simplicitate actus voluntatis diu ni intenderimus inferre vniuersum, neque in ipsa volitione, neque in volitis esse quicquam, nostro intelligendi modo cum fundamento in re, vólitum prius alio: sed ea verba solum sunt pars quædam antecedentis, eaque non præcipua, sed coadiuvans duntaxat integrum antecedens. Præmissa namque à principio illius paragaphi plenissima cogni tione, seu deliberatione Dei ex parte ipsius intellectus ante aetum sua voluntatis, quæ ad nostrum institutum inferendum inserviebat, rationem confidere incepimus ab illis verbis: *cum vero habitudines finium, reviximque omnium inter se plenissime cognoscere, integrumque illi esset, non vela permittere ruinam generis humani, nisi per Christum felicissime vellet ei fabuuenire, neque item velle incarnationem, nisi tamquam partis finis integræ adiuuanciam haberet reparacionem generis humani: cum etiam non solum ante ruinam generis humani, sed etiam post illam, nulli adulorum voluerit sempernam beatitudinem, nisi dependenter à proprio usq[ue] liberi arbitrij cuiuscumque eorum, ino neque parvulis, nisi dependenter à remedio contra peccatum originis per usum liberi arbitrij aliorum exhibito, ut de fide constat: denique cum unico simplicissimo actu sua voluntatis, preuiasque plenissima deliberatione seu cognitione circa res omnes, voluerit ex eternitate quicquid voluit, sanè exterminanda omnino videatur instantia Scoti & aliorum, in quibus in statuenda incarnatione, prædestinando Christo cum ceteris beatis, aut reprobando ceteris hominibus, Deus unum voluerit ante aliud, aut per scientiam liberam prouiderit vnum ante aliud, &c. Hoc autem non est negare omnem prioritatem nostro intelligendi modo in voluntate diuina, quasi nobis ipsi repugnemus, qui quæstione 14. articulo 13. disputatio. 16. §. Hinc secundo, diximus, actum diuina voluntatis prius natura esse liberum & indeterminatum ad vnum, & posterius in eodem nunc eternitas esse determinandum ad vnum,*

Molina in D.Thom.

A vt de nostra voluntate in instanti temporis eodem articulo 13. disputat. 4. dixeramus: & qui, tum in locis, quæ nobis obiciuntur, tum etiam in aliis in hac prima parte, prioritatem & posterioritatem in actu voluntatis diuinae comparatione diuersorum obiectorum constituiimus.

Hinc iam constat, primum eorum, quæ nobis obiciuntur, nullius esse momenti.

B Quod ad secundum de Christi prædestinatione attinet, sicut integrum relinquitur, si prædestinatio Christi cum prædestinatione singulorum hominum in particuli comparetur, priorem esse nostro intelligendi modo prædestinationem Christi, quæm prædestinationem singulorum, qui in ipso prædestinati sunt, tamquam causam & exemplar prædestinationis caterorum, & tamquam finem, principium, ac fontem, unde media prædestinationis caterorum derivata sunt, vt in eodem ipso membro subiungimus. Etenim licet Christi prædestinatio non antecedat voluntatem absolutam redimenti genus humanum per Christum, & per consequēs prædestinandi in genere homines aliquos in Christo, antecedit tamē singulorum prædestinationem, qui ab ipso sunt redempti. Neque enim sicut voluntio, vt esset incarnatione & Christus, adiunctam habet redemptionem generis humani, tamquam conditionem finem, qua non essent volita: ita prædestinatio Christi habet adiunctam prædestinationem huius vel illius in particuli, tamquam conditionem, sine qua prædestinatio Christi non esset volita.

Ad ultimum, quod nobis obicitur, iam dictū est, quo usq[ue] mēbro præcedente reiiciamus instantia, seu prioritatem & posterioritatem in diuina volitione,

*Ad primā
obiectiōnē.*

*Ad secun-
dām.*

*Prædestina-
tio Christi
prior catero-
rum hominū
prædestina-
tione.*

Ad tertiā.

M E M B R U M I X.

*Quānum integer effectus prædestinationis à
libero adultri arbitrio pendat.*

His omnibus ita examinatis ac constitutis, antequam subiiciamus nostram de prædestinatione sententiam (quam correctione sanctæ matris Ecclesiæ, vt & cetera nostra submittimus) illud in primis admonuerim, multum interest inter prædestinationem eorum, qui ante usum rationis è vita decidunt, & eorum qui ad eum peruenient (illos omnes parvulorum, hos vero adulorum nomine, deinceps significamus.) Etenim in prædestinatione & reprobatione parvulorum secundum agebatur de gratiis donis consequendis, aut amittendis: parvuli namque reprobati in reliquis perinde se habebunt, ac si in solis naturalibus fuissent constituti. Inde post diem iudicij, cùm ipsorum anima suis fuerint corporibus restituta, ab omnibus molestiis, & ærumnis, quibus in hac mortali vita subiacemus, supernaturaliter liberabuntur, meliorēque in naturalibus vitam, vito omni mentis, & corporis immunem, in perpetuas aeternitates ducant, quæm vilis vñquam mortalium duxerit. Quia ergo in prædestinandis, aut reprobandis parvulis, solum agebatur de gratiis donis consequendis aut amittendis: mirum non est si quemadmodum per aliena tantum merita, Christi videlicet Servatoris nostri, prædestinatur: ita propter aliena tantum demerita ad ipsos derivata, neque propter peccatum, non tua, sed primi parentis voluntate commisum, ad ipsosque naturali propagazione transfusum, eisque inhærens, reprobantur. Mirum item non est, si, post innocentia ita cum amissum, nec vitam aeternam consequi, nec

D d 2 paenam